

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 122. Ab Imperatore liberari jussus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

## §. CXXI.

Scenl. XV.  
A. C. 1414.*Joannes Husus comprehensus.*

Cardinales hoc responso contenti Hus-  
sum sub præsidio tamen custoditum  
dimittunt, & pomeridianis ejusdem diei  
horis congressi, illum in loco seculo deti-  
nendum decernunt, ne, prout hucusque  
fecisset, iterum dogmata sua spargeret.  
Ergo die ad occasum declinante Pontifi-  
cii Palatii Prælato datum est negotium,  
ut Joannem Husum in ædes Cantoris  
Constantiensis Ecclesiæ deduceret, in qui-  
bus sub valida custodia detentus per-  
mansit, inde vero circumactis octo die-  
bus ad carceres monasterii FF. Prædica-  
torum translatus est.

*Naueler.*  
*gener. 48.*  
*Cochl. 1.2.*

## §. CXXII.

*Husus ab Imperatore liberari jussus.*

Joannes Clumæus hanc Husi incarcera-  
tionem permoleste ferens ingentes ex-  
citavit tumultus, suasque hac super re *Vander Hardt tom. 4. p. 26.*  
querelas ad Joannem Papam detulit, hic  
tamen facti hujus sese prorsus insciū  
esse profitebatur. Clumæus apud Pon-  
tificem operam se perdere intelligens, ad  
Sigismundum se convertit, qui suis Ora-  
toribus, ut Joannis Husi libertatem po-  
stularent, scripsit, graviter in sua epistola

C c 3      conque-

Sæcul. XV.  
A.C. 1414.

conquestus, quod Hussus libertate, qua  
vi publicæ fidei ipsi datae frui debuisset,  
exueretur. Attamen nunquam prom-  
ptæ deerant rationes, ob quas Oratorum  
postulatis satis fieri haud poterat. Præ-  
stolandus igitur erat ipsius Imperatoris  
adventus, qui primum Mense Decembri  
ad finem vergente Constantiam sua ho-  
norabat præsentia. Interea vero Joa-  
nes Hussus in carcere hæsit, ubi etiam  
in morbum incidit, eique suos a Papa  
Medicos fuisse submissos nonnulli re-  
ferunt.

### §. CXXIII.

*Sigismundus Imperator Aquisgrani  
coronatus.*

Vander  
Hardt to. 4.  
p. 28.

Saverden

Berg.

Sigismundus Aquisgrani octava Novem-  
bris die in Regem Romanorum atque  
Imperatorem coronatus fuit, cuius rei se-  
lix fama eodem die, quo Joannes Husius  
comprehendebatur, Constantiam delata  
est. Theodoricus de Meurs seu Morla  
Coloniensis Archiepiscopus solemnii hoc  
fungebatur officio; hic ipse Friderico de  
Saveria Avunculo suo die sexta Aprilis  
hujus anni vita functo succeſſerat. Ipsius  
quidem electioni nonnulli fere oppone-  
bant, Guilielmum de Monte jam antea  
Paderbornensem Episcopum postulantes.  
Ait Joannes XXIII Theodorici de Meurs  
electio-